

Aduerſenſias para

obtulerit, illa utatur. Probat autem ſuam ſen-
tentiam ex Doctiſſimo Nauarro in Manua-
li. Cap. 27. num. 45. vbi dicit, q̄ ſimplex mi-
niſterium abſoluendi poteſt delegari etiam
à delegato Ordinarii, & a ſubdelegato dele-
gati Pape : quamuis non poſſint delegare
ſuas iuriſdictiones, ratione quarum id eis
competit, neque etiam aliquem articulum iu-
riſdictionalē. Et ad hoc allegat, aliqua iura,
& Felinum. Secundo probatur hoc idem ex
Cordua vbi ſupra, qui dicit ſe credere q̄
virtute præfatę Cōmiſſionis non poteſt guar-
dianus, & multominus eius Vicarius, com-
mittere generaliter alicui ſubdito, vel ſub-
ditus ſuis prædictam auctoritatem, vt poſſit
abſoluere, ſeu etiam abſolui quotieſcunq̄,
& quomodocunq̄, ſeu à quocunq̄ etiã ſub-
dito ſuo, ſed ſolum in particularibus occur-
rentibus poſſunt id committere alicui, vel a-
liquibus, ſeu etiam omnibus ſuis ſubditis,
vt pro hac vice ſeu pro tali vice abſoluant &
abſoluantur a reſeruatis ſibi conceſſis. Et ra-
tio eſt, quia Cōmiſſarius particularis ha-
bens, facultatem committendi ſolum poteſt
in caſu particulari, & non vniuerſaliter quo-
tieſcunq̄ & ad quemcunq̄ committere,
quia